

religionem ingressus, traditam sibi regulam exactissime ob-

servavit: declinavitque majores conventus, eorum ductor, ac magister effectus est, qui fratres Observantes appellatur.

JOANNES Capistranus, Ordinis Minoritarum, Bernardini ejus, qui primus reformationem Ordinis curavit in Italia, discipulus, venit Magdeburgum.

JOANNES Capistranus à Nicolao V. P. M. Boemis convertendis destinatus. Summa homini dicendi facultas, incredibilis memoria, vitæ sanctitas rara, mirumque studium in vitis infectandis, & corrigendis erroribus.

Conversus in Boemiam tetendit: Rokyezanus ad calumnias inqueiter, professionem monachi ei quasi probum objectabat, hypocrisiam, seductoremque populi, & pacis interurbatorum appellabat.

Repullulante hæresum olim prædicatorum portento nuper in Belgio, non unus Aleides surrexit, qui illud strenuè, & capta ebullientia refecaret.

CORNELIUS Janenius S. Theologiae, uti prior in Lovanienfi Academia Doctor, adeo in omni eruditionis genere excelluit, ut & ad Concilium Tridentinum evocatus, & ad cathedram Gandavensem elevatus virtutis merito fuerit.

Hiis vero pietatis apex, & regula recti, multi hæc sacri Textus harmonia una jaçet.

Successit huic Guilielmus Lindanus, hæreticorum infector acerrimus, uti scripta illius demoustrant, prælia Domini variis in Regionibus, cum seripio, tum viva voce, præliatus fuit.

pestem, egregiè propugnavit, nam festivis plerumque diebus, & quoties id faciendi occasione nasci poterat, & pius, & discretus ad populum de rebus in fide controversis conciones habere solitus, etiam non semel in Procerum consessu Bruxellas accessit, Dei verbum cum laude, & fructu annuntiavit nullum disciplinæ genus erat, in quo non esset versatus.

Sed apud Frifones tam Calvinistarum, quam Anabaptistarum veneno jam infectos, virtus Cineri Petri multum enituit, quamvis exurgente adversus Regem Catholicum perduellione, à factiosis pulsus, & custodiæ traditus, boni Nauclerij officio defungi coactus fuerit.

De B. Carolo Borromæo nuper inter Divos relato quidquam hoc etiam loco dicere, nisi omnium manibus præclara vitæ illius elogium versarentur.

Vide de eodem in loco de Catechismo.

Cum, paucis veterum Christianorum reliquiis exceptis, Indio omnes dæmonibus toto annos mancipati essent, postquam Lusitanorum navigationibus patuit, plures religionis propagandæ zelo æstuarunt, qui omnem operam impendebant, ut nomen Christi ibidem agnosceretur.

Qui, paucis veterum Christianorum reliquiis exceptis, Indio omnes dæmonibus toto annos mancipati essent, postquam Lusitanorum navigationibus patuit, plures religionis propagandæ zelo æstuarunt, qui omnem operam impendebant, ut nomen Christi ibidem agnosceretur.

Qui, paucis veterum Christianorum reliquiis exceptis, Indio omnes dæmonibus toto annos mancipati essent, postquam Lusitanorum navigationibus patuit, plures religionis propagandæ zelo æstuarunt, qui omnem operam impendebant, ut nomen Christi ibidem agnosceretur.

& Bramanibus absuendis difficilior erat, quod Indorum facris illi præsent, & idolis populum fervire cogant.

Chymia, five Alchymia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Chymia quam, & Chemiam, & Alchymiam appellant, propriè est ars conficiendi aurum, vel argentum ex alio metallo, aut arte, ab ægyptiis, quod quemlibet succum significat, nam & Alchymia per ignem excoquit, & excolat alia mineralia, quæ vel in pulvere, oleum, aliumve liquorem deducit.

Volunt Ægyptios hujus artis inventores, & eam accepisse à Mizraim filio Cham: ab illis Arabes, & alios, & etiam apud Romanos nomen olim notum.

Chymia prout medicina adminiculatur, laude digna est: Invent enim ea ars aurum potabile, & subtilissimos spiritus è metallis educere docuit, namque ad vitam humanam prorogandam efficaciam præbuit.

Ceterum ea Chymia species, quam Chrysopejam, five aurifloriam dicunt, qua ex asperis auræ pulveris ramentis aurum multiplicatur, vel ex non auro aurum producitur, non per omnia probatur ab omnibus, propter varias fraudes, etiam Dæmonis, quæ intercurrit, alioquin auris conficiendi comodo aurum nullo jure positivo vetatur.

Chymias eos voco, qui vi ignis corpora heterogenea solvere, homogena coagulare norunt, philosophiæ naturalis in medium hominum vitam deducit non unius generis coloni Quemadmodum enim Vulcanus tripodas divinos suapte sponte nobiles dicit apud Homerum, Jovis item fulmen, Apolliniæ Cupidini arcum, & sagittas sabrefecit, sed & dicit ipsi pocula misisset, ex ipsius ceræ Jovis cerebro Minervam sapientie deam securis obliteracione elicit, hominibus insuper Pandoram illam venustissimam simul, & perniciosissimam superum justis consecit: sic quoque per omnes humanas actiones Vulcania ars, quæ ignis beneficio naturalem æmulationem emulatur, in quibusdam etiam superat, longè latèque diffunditur.

QUI, QUALES. Chymias eos voco, qui vi ignis corpora heterogenea solvere, homogena coagulare norunt, philosophiæ naturalis in medium hominum vitam deducit non unius generis coloni Quemadmodum enim Vulcanus tripodas divinos suapte sponte nobiles dicit apud Homerum, Jovis item fulmen, Apolliniæ Cupidini arcum, & sagittas sabrefecit, sed & dicit ipsi pocula misisset, ex ipsius ceræ Jovis cerebro Minervam sapientie deam securis obliteracione elicit, hominibus insuper Pandoram illam venustissimam simul, & perniciosissimam superum justis consecit: sic quoque per omnes humanas actiones Vulcania ars, quæ ignis beneficio naturalem æmulationem emulatur, in quibusdam etiam superat, longè latèque diffunditur.

recentiores: Suidas, & Cedrenus χυμια, incerta notatione. An foris cum Plutarchus in Ovide, Ægyptum sacra lingua à sacerdotibus Chemiam vocari scribat, versissime videatur artem istam jam inde ab Hermete Trifungio sacerdotibus Ægyptiis familiarem, ad perpetuam ortus sui memoriam Chemiam quasi Ægyptiæ nomen traxisse, quam postea Arabes ab Ægyptiis susceperunt excolerunt, & una cum philosophia Græcicâ sensim Europæo orbi communicarunt, articulo lingue suæ familiari, auctiorem Alchemiam appellantes, Theophrastus Paracelsus, vir in hoc genere ad miraculum usque excellens, Spagiricam artem nuncupavit, non inepte fortassis derivatione, quandoquidem in τριφυλιος, in Extrahendo, sive Separando, & Congregando, sive coagulando tota occupatur: Eam cum alii nimio studio solam philosophiæ appellatione dignandam censent, adeoque superbo titulo sese eximio philosophos vocari velint: alii contra inconsulto scilicet odio arcanæ naturæ scrutatoribus vix intermixtas, & cinisioses, & carbonarios locum concedant, quid de ea Guilielmus Arrogus, in omni philosophiæ, & medicinæ genere versatissimus, tanquam Plato futurus ignis omnium, statuat, audiamus, Mechanicus propriè dicitur opifex eorum operum, quæ manu, & ingenio sicut sunt.

Nam in omni artis mechanicæ opere, motus principium ab artificis ingenio desumitur. Manus vero semper materiam motum continuans, formam è potentia in actum (ingenio semper duce) elicit: ac sola per se, instrumentum convenienti adjuncta, opus ipsum perficit. In quo opere artifex non considerat causas, sed habet usum exercitatum pro notionè causarum. Atque is absolute Mechanicus appellatur. Chymicus vero bifariam consideratur. Est enim una pars Chymie naturalis, altera vero supernaturalis. Ea quæ naturalis est habet motus principium à natura, & ideo est essentialis in natura; Artificis vero manus, naturalis non est, nec per se, sed per accidens naturam juvat: materiam ita disponens, ut opus ipsum natura citius, facilius, ac perfectius ad finem deducatur. Quod quidem opus, ultra limites naturæ, quæ est rei perfectio, deduci, & extendi non potest. Unde patet, quod hæc pars Chymie est naturalis, & per se: sed quæ pars juvatur ab artificis manu, est per accidens mechanicæ: est parte vero ingenii ratiocinantis est physica. Ergo non mechanicæ. Jam quod ad alteram Chymie partem, quæ supernaturalis est, habet illa motus principium à cælo, in materia tamen physica, & naturali prædicta, gravitate facta à virtute celestis: quam essentiali quantam appellant. Hanc materiam dum artifex physicus videt, & ordine suo ingenio, & manu disponit, celestis hæc virtus eam in suam naturam convertit, & eique talem vim præbet, ut reliqua, quæ sunt sui generis, aut speciei in suam naturam transmutet. Hæc igitur quantitas celestis est ex parte agente, & ex Materia in cælum mutata est supernaturalis, & metaphysica: quæ vero parte physici artificis ingenium operatur per causas notas est naturalis. Manus autem operatio, quæ à motu supra naturam sumitur, divina potius, quàm humana, artis mechanicæ umbram solummodo ostendit. Ex prædictis patet, in quo genere vulgares Chymistæ collocari debeant. Nam dum principia, & causas notas non habent, nec ex certa arte in rebus præparandis usum, sed per emendicata suffragia opinionem: ignium, & instrumentorum, tempus, & carbonos absumunt: tantum abest, ut Chymistæ physici, aut metaphysici dici possunt, ut nec mechanici quidem nomen facile mereantur. Qui vero in oleis, & reliquis partibus simplicium extrahendis ingenio, & manu ita exercitati sunt, ut ex rerum præparandorum usu, artem rectè teneant, si vera sunt mechanici: dum manu, & ingenio sicut operantur. Dum autem medicam artem exercent, Empiricorum nonen habent. Qui vero talia ad causas, & principia naturalia reducere conantur, ex ingenio quidem in natura ratiocinante, physici per se, ex manu vero operatione, mechanici per accidens propriè dici debent. Hæc ille, de patrefamilias Plautus affirmavit. In una esse unum dominum servum domo, id nos de arte ista pronuciari possumus, in una esse unam servam Chemiam domo. Nam præter id, quod Metallariis, Fabris omnis generis, Fulgoribus, Coquis, & Medicis potissimum inferunt, sive Subiecti, sive Finis respectu consideretur, Catholica quædam censei poterit. Etenim quo ad Subiectum, circa Elementa occupatur: Ignem vegetando, Aquam eliciendo: Lapidem confando. Unionem, Gemmas ad naturæ imitationem efficiendo: Metalla depurando, segregando, perficiendo: Stirpes producendo, transformando: Animalia generando, succundando: medendo. Quo ad Finem vero, si quidem Rem effectam spectes,

Chymiam plerique appellarunt, sed

De Philoxeno Cytherio dithyramborum Poeta hæc scripta A sunt à Machone Comico.

egregiè Philoxenum, Nam dithyramborum Poetam omnes ferunt, Fuisse gulonem: duorum polyrum Qui emi cubitorum olim Syracusis, ferd Totum comedit, quem prius paraverat, Præter caput. Digestionis captus hinc Labore languibat gravi. Quidam medicus Ingressus, hunc ut notuit esse tam malo Pressum gravi: Dispose si quid est, ait: Non dispositum: peribis hora septima. Tuac ille fatur: Cuncta finem habent mea, Sunt dispositaque cuncta dadam. Nam deis Relinquo primum dithyrambos iam viros Faltos, coronatosque, collectaneis Appono Multis quos meis: tutoribus Barcho, Venereque Obscura Parca me vocat, necesse sit Audire eam. Sed cuncta habens, que sunt mihi, Ut infra eam currens, mihi jam polypti Quicquid restitum est, ferie.

Athenæus lib. 8. cap. 6. Clearchus lib. 5. Vitium, Cantibari Persæ, ubi edendo maxillas defatigasset, familiares scribit in os apertum, tanquam in vacuum, cibum demittere solitos. Athen. lib. 1. cap. 1.

Hectorem imitatis, ab illo nunquam recedis. Jocus est in Parasitum, gula plus æquo deditum, Maruli minographi, quem M. Antonini Philolophi Imperatori temporibus vixisse testatur Jul. Capitolinus. Allusum est autem ad Ilii, quo Troja cœnæ nomen ambiguum, cum Ilii intestino, per quod cibus receptus delabitur. Hadrian. Junius Centuria 8. Adagiurum.

De Athletis non magnopere mirandum, si voraces sunt, quando ipsum hoc profiteri videntur. Propterea in Autolyco primo Euripides multa quidem inter Græcos mala vestari scribit: athletico tamen genere nil prorsum haberi pejus, ut qui malarum servi sint, ac ventris:

Kevav γένων ποσών καὶ ἰσχυρά, Οὐδὲν ἄλλοθεν ἔσθ' ἀναστράφει. C. Celius lib. 7. cap. 11. Antia. Leâ. Ad stipulatur multis in locis. Hippocrates, & Galenus.

ASTYDAMAS Milesius, qui ter vicis Olympia, quarto pancratio, ab Ariobazane Persa ad cœnam fore vocatus, cum venisset, pollicitus est fe, quæ omnibus parata essent solum esse cœnam: quod etiam fecit. A quo cum petivisset Persa, ut dignum aliquid ageret suis viribus, ut auditor est Theodorus, pedem lecturatum fregit. Hujus, cum mortuus esset, atque combustus: una hydra cineres capere non potuit, ac vix quidem dux: solusque ea comedit, quæ novem viris in cœnam fuerant parata. Athenæus lib. 10. cap. 4.

Indicant Zenodorus, & Suidas ortum adagium, Bovem in faucebus portat, vel à Theagene athleta Thasio, vel à Milone Crotoniata, quorum alter bovem solum solum comedit, teste etiam Græco epigrammate, alter in Olympiis taurum quadrimum humeris iussit, ac stadii spatio gestavit, eumque eodem die solum comedit. Eundem scribit Theodorus carnium minas deglutisse viginti, & panis totidem: sed & in Olympia quodriduum solum per diem absumpsit taurum, per stadium antea humeris circumlatum. Athenæus lib. 10. cap. 1. & Gellius.

ALCMAN Poeta fatetur se fuisse voracissimum. Elian. l. 1. Var. hist. & Athenæus l. 1. c. 1.

Cretiam quandam infinite voracitatis fuisse, Anaxilas comicus testatur apud Elianum.

Melanchium tragicum Poetam, qui Elegias scripsit, carpit ob obolionum voracitatem, Aristophanes in pace. Phædrates in Petale, Archippus in Piscibus. Athenæus lib. 8. cap. 6.

Erat gulo etiam Hyperides rhetor, ut ait Timocles Comicus in Deo, ubi comæ narrat, qui apud Harpalum muneribus corrumpebantur. Idem.

TIMÆUS Tauronem Aristotelem philosophum gulonem fuisse scribit. Athenæus lib. 1. cap. 8. recentet ex Epicuri epistola, paterna Aristotelem abiguisse bona, presulumque inopia, militasse, mox pharmacopæum egisse. Idem Elian. l. 5. Var. hist. habet.

Matronæ Sophiam mandonem fuisse testatur apud Athenæum in loco citato. Antiphanes in Citbarado.

PYTHIREUS Phrix inter ἑδδῆσῶν connumeratur ab Elian. no lib. 1. Var. hist.

Mœnius scura vorax, Horatio in 1. Epist. notus. Mœnius ut rebus maternis, atque paternis Fortiter assumptis urbanus cepit haberi, Scurra vagus, qui non certum prescipe teneret, Impransus civem qui non dignosceret hoste, Quolibet in quibus opprobria dicere ferus, Inguis, & tempestas, barabrumque macelli: Quicquid quaeserat, ventri donabat ovaro: Exhaustisque bonis, patinas cenabat omni: Pinguis, & æquini, tribus urbs quod satis esset, Scilicet, ut veteres lamna candente nepotum Diceret arendos correptus. Mœnius idem Si quid erat nactus prædæ melioris, ubi omne Verterat in fumum, & cinerem: Non hercule minor, Atebat, si qui comedunt bona: cum sit obeseus Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla.

FIRMUS Seleucius frusthio camelum, quo nullum voluere est majus, uno die comedit. Hujus ductu Ægyptus ab Aureliano Principe defecit. Idem Hippopotamos estavit: matavit impunè inter crocodilos, ejus animalis adipè delibutus. Sab. l. 10. c. 10. ex Capitolino.

CLODIUS Albinus Imper. in Gallia uno accubito solitus fuit edere quingentas piscis farfarias: quas Græci καλαμῶνας vocant, centum persica campana, melones ostiens decem, uvarum labicanarum pondò xx. ficculas centum, olstra. cp. & capones x. Idem. ULADISLAUS Jagello Polonorum rex, cibi appetentissimus fuit. Crom. lib. 20.

* Novimus in Brabantia quandam mediocri statura, sed mailem, & pallidum, qui vix genio suo faciebatur, nisi absque intermissione cibum sumeret, vocatus ab ignis ad convivium, vel solum abfumentat quidquid apponebatur, vel famelicus mensa abfcedebat. Observatum fuit tantum nonnunquam eiborum solum sumpsisse, quantum octo alii. Solebat autem invitatus, domi sive præmittere in stomachum pulmentum, nè nimium taxaretur intemperantia, si accederet famelicus, unde vocatus ad prandium ab urbis Prætoris, dum vorantem uxor monet, parcius, & cum decore cibum fumere: Ille latente stomacho excitatur. Quid, inquit, me inquietas? quasi Dominus Prætor ignoret capacitatem vasculi mei, & quam citò accepta transmittit. Riferunt convivæ. Ille verò uti cœperat, cibos cibis accumulare, ventremque distendit, cum omnium admiratione.

QUALITATES, ET DELECTATA. QUI CERTO CIBI GENERE, CERTA CONDITA supra modum delectantur. Puta Liguriores, Intemperantes in FRUCTIBUS. GALIENUS Imperator ficus virides, & poma ex arboribus semper alienis mensibus, melones quoque hyeme exhibebat. Trebelli.

ANIMALIUM CARNIBUS. Cum populus Israeliticus in solitudine Sina ferebat, quod carnes non haberent, sed manna tantum, et in memoria revocarent pisces, cucumeres, pepones, portum, cape, allium, quibus in Ægypto vivebantur: Moysè intercedente, Dominus vento coturnices ex mari correatas in castra dispersit, tanta copia, ut undique circum castra unius fere diei itinere circi. Hæc duo cibos super terra effudit. Cœpit ergo populus toto ille die, & nocte à totoque die sequenti tantum coturnicum congerere, ut qui minimum congescit, decem modios congescit: quas passim circum castra exponebat, mensis integri spatio. Erat autem adhuc eis caro inter dentes, necdum confecta, cum incandescens Deus, per magna eos clade affecit. Estque locus ille nominatus Sepulchra concupiscentiæ, quod illic homines cupidi sunt sepulti. Num. 11. Aselepiades Cyprius in commentario, quem scripsit de Cyprio, & Phœnice, vivente Pygmalione narrat, cœpisse Mortales carne vesci: quamvis summo studio ipse novo huic cibo, ac caprapæria, restiterit, ut sceleris alicui, ac nefario facto, usus atrocibus supplicis in eos, qui primi hoc tentarunt, nec tamen gustata jam suavitatis carnis offendit homines inde absterret ullis potuisse. Vid. lib. 12. Var. hist. cap. 12.

CURTO equiti Romano, molli, ac stomachoso, cum ad mensam Cæsaris foret macer turdus advenisset, quævisset: Nunquid mittere liceret? Quid nisi? inquit Cæsar. Non expectavit.

hæc ille amplius, protinusque per fenestram turdum misit. A Petrarca. Jocus est in verbo Mittere, quod & sportula missionem, & abjectionem significat.

PLUTARCHI ætate apud Romanos complura, quæ nemo unquam ante gustavit & voravit, lautissimum fuisse facta, seu multum, & vulva. Ferunt etiam ne cerebellum quidem piscos esse, sed proiecisse, ac delectatos fuisse illos, qui in cibo id sumpsissent. Testis est Plutarchus in 8. convivia. q. 9.

Primus Q. Hortensius orator augurali adiciali cœna pavones posside dicitur, quod protinus factum tam luxuriosi, quam severi boni viri laudabant. Quem citò secuti multi, extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veniant quinis, ipsi facile quinqueaginis: grex centenarius facile quadragena millia festertia ut reddat: ut quidem Albutius ajebat, si in singulos termos exigeret pullos, perfici sexagena posse. Var. l. 3. c. 6. & Plin.

C. MEOENAS pullos asinorum primis epulari instituit, multum eo tempore prælatos onagris, quorum faporem Africa commendat. Post eum tamen interit auctoritas faporis. Plin. l. 8. c. 43.

VARRONIS ætate Romani etiam lepores in caveis, locoque clauso laginare docuerunt, similiter & cochleas. Ex Varro. Macrobius.

Gula veteres architecti apud Romanos instituerunt, ut bos aut camelus totus apponeretur, differens intus variis animalium generibus. Hinc porcus Trojanus venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum est, quod ita varias animalium species utro gereret, quemadmodum Durus equus rexi armatos viros. Macrobius l. Saturnal. 3. refert, Cincium in oratione, qua fuisse legem Fanniam de moderandis sumptibus, obsecrasset suo saculo, quod porcum Trojanum mensis inferret. Erasmus in Adagio.

* Narratur apud Belgas fuisse in ea Flandria orientalis parte, quam Wasiam dicunt, septem agrestes, qui unico jentaculo, & sessione devorant quatuordecim petafones porcinos infumatos, addita competenti quantitate panis, & cerevisiæ.

PISCIBUS. à ἰσχυρά.

Extat apud Thalesensem Antipatrum in commentario de Superstitione, fuisse, qui traderent, Gatida Syrorum reginam opophagion, id est, gula mancipatam catenus ut per edictum denunciaret, ne quis dæmopadibus, id est, sine Gatide, piscitio veleretur: per incantationem vero perloque eandem dicere Atergatin, & abstinere pisculenis. Reginam tamen Atergatin agnoscit Mnafas immitte, quæ piscibus abstinere jussit reliquis, quoniam eo cibo ipsa insigniter caperetur. Hanc à Mopfo Lydo in mare præcipitatum Xanthus scribit, cum Ichtio filio, & à piscibus devorata. Cæli. lib. 23. cap. 5. A. L.

Thebanos reprehendunt Græci scriptores, ut Micropsyehos, ac gula mancipatos: ut qui tria concinnarent, ac enarsiflochos, & hallantas, necnon schelidas, quibus etiam Mar-donium exceperunt cum Petrarum quinqueaginta. Cæli. l. 23. c. 7. Ant. Leâ.

ARISTIPPUS Socraticus, cum interpretaretur à Platone, quia multos pisces emisset: duobus obolis emisse respondit. Dicente autem Platone, quod ipse tanti emisset: Videsigitur, inquit, o Plato, quod ego sum gulo, tu avarus? Athen. l. 8. c. 5.

ANDOCYTES Cypriensis, cum inter opera sua luculentissimè, & pulcherrimè pisces, qui apud Scyllam reperuntur, pin-dixisset, animi motum potius quam artem visus est adhibuisse. Fuit enim natura eius piscium cupidus. Plut. l. 4. q. convivia. l. 2. & Athen. l. 8. Andocytæ vocat.

DORION tibicen piscium studiosissimus fuit. Cum bonum esse piscem rajam quidem dixisset: Perquam si coctam vestem quispian comederet, respondit. Cum laudaret alius thynnorum ventres: Et maxime, inquit: sed opus est, sicut ipsi soleo, ipso comedere. Qui cum dixisset, quomodo? Suaviter, ait. Carabos tria habere dicebat, commorationem, epulum, ac speculationem. Cum cœnaret in cypro apud Nicocreonem, poculum quoddam laudavit, cui ait Nicocreon: Artifex tibi alterum facies, si volueris: tibi inquit, at hoc mihi concede. Cùm puer pisces non emisset, cum flagris cecidit, justique optimorum piscium nomina dicere. Cùm puer autem cernuum, glauciscum, congruuntque, & similes alios commemorasset, piscium justite, inquit, non decorum nomina dicere. Athen. l. 8. c. 5.

DIOCLES, cum interrogatus fuisset à quodam: Uter melior L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

est piscis, conger an lupus: Hic elixus, inquit, ille autem afflus. Idem cap. 6.

Cum Dromæus parasitus interrogaretur à quodam, Nunquid convivia, quæ Athenis, an quæ in Chalcide fierent, sint meliora: Protemium, respondit, Chalcidentium multò melius esse eo apparatu, qui fit in urbe. Appellavit autem convivi protemium, multitudinem ostrearum, & varietatem. Idem lib. 4. c. 3.

Scriptum reliquit Phanius, Philoxenum Cytherium Poetam apud Dionysium cenantem, cum brevis illi trigla fuisset appofita, illam auribus admovisse, tanquam aliquid de Nerco marino deo scificaturus, vel de Galatea. Dionysium ridentem dixisse. Quid hoc tibi vellet? Cui Philoxenus: De rebu marinis, cum nescio quid forte reficere cuperem, minor, & junior mea trigla ad tuam longè natu majorem merelegavit. Delectatus falso joco Dionysius, majorem ei triglam appofuit. Cœna quadam ubi atriozem inferri puncanam adinvenerat: Ne multum (inquit) appofueris, ne tenebras forte inducas. Idem lib. 1. cap. 3.

ANTAGORAS Poeta piscem ungià pueto non sinebat, sed lavantantum, ut ait Hegesander. Hic cum congres in castris succinctos in olla coqueret, adstitit rex Antigonus, inquit: Putas ne Homerum, cum facta scriberet Agamemnonis, con-gros coxisse? Cui ille respondit: Et tu arbitraris Agamemnonem, cum res illas gereret, sollicitum fuisse, num quis in castris con-gros coqueret? Cum autem aliquando coqueret Antagoras, dixit se nolle ire in balneum, ne pueri jus fortè absorberent. Cui cum Philocydes, Mater custodiret, dixisset. Ego, inquit, matri avis jus credam. Idem lib. 8. c. 6.

In Maximo apud prodigos Romanos honore fuit olim Tiberinus lupus, & omnino omnes ex Tiberi pisces: quod equidem cur illis ita visum sit, ignoro. Fuisse autem etiam M. Varro ostendit: qui cunctatans, quæ in quibus Italia partibus optima ad victum gignantur, pisci Tiberino palmam tribuit, his verbis, in libro rerum humanarum undecimo. Ad victum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus vitium, Cassiana oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscem Tiberis. Hæc Varro. Sed inter eos, præcipuum locum lupus tenuit: & quidem is, qui inter duos portus captus esset. Id ostendunt cum multi alii, tum etiam Lucilius acer, & violentus Poeta, qui cum quasi liguritozem, Cantilonem appellat: scilicet qui proximè ripas infestare cur, Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 16. Plineus lib. 9. cap. 17. de piscibus, qui apud Romanos in deliciis fuerunt, prolixè agit.

LICINI apud Romanos Muræna cognominati sunt, quod hoc pisce supra modum fuerint delectati. Uti etiam Sergius Orata cognominatus est, quod ei aurata dicti pisces charissimi fuerint. Hic Sergius ætate L. Craffi oratoris discretissimi vixit, primus pensiles balneas habuit, primus ostrea in Bajano locavit, primus optimum faporem ostreis Lucrinis adjudicavit. Macrobius l. 3. c. 15. Saturnal.

PHILIPPUS Romanus senator, cum ad Immidium hospitem Cafini divertisset, & eî è flumine lupum piscem formosum appofuisset, atque illa gustasset, & expuisset, dixit: Pe-team, ni piscem putavi esse. Varro lib. 3. cap. 3.

Vetus pollio servos coniciebat in piscinas, ut pisces ipsi humano cruore pasti delicatiores essent. Sueton. in Augusto.

Sub Severo Imperatore, accipenser piscis (qui paulò ante sub Trajano in pretio esse desierat, teste Plinio 2. lib. 9. cap. 17.) ad epulas denuò cum gratia rediit. Ita ut in convivio sacro principis quandoconque accipenser in convivium inferretur, coronati ministri cum tibiæ cum quasi pompam numinis comitarentur. Macrobius lib. 3. cap. 16. ex Samonico Severo.

Cum esset apud se ad Lavernium Scipio, unaque Pontius, allatus est forte Scipioni accipenser. Cum autem Scipio unum, & alterum ex his, qui cum salutarum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide, quid agas, accipenser iste paucorum hominum est. Macrobius l. 3. Saturnal. c. 16.

M. APICIUS Romanus, Tiberi temporibus (à quo multa placentatum genera Apicia nominantur.) Minucius, civitate Campaniæ, multum verfabatur, squillas edens Smyrnæis majores. Postea cum audisset majoris magnitudinis eas in Libya nasci, statim ne die quidem interposito, eo navigavit, multa que in itinere perpeffus est: ac prius quam è navi egrederetur (multa enim erat in Libya illius adventus fama) adnavigantes piscatores pulcherrimas ei squillas attulerunt. Quas cum vidisset, nunquid

nonquid majores haberent, percontatus est. Iis autem re-

pondentibus, majores ibi non reperi, Minturnensium re-

cordatus, prius quam terram attingeret, iussit navis gubernatori, ut Italiam versus iter arripere.

Trajano in Parthia agenti, & mari per multorum dierum spatium commoranti, ostrea recentia se conservata misit.

Atben. l. 7. c. 23. Hic omnium primum judicavit linguam phenichopteri esse optimi saporis.

Semina, Fructus, Animalia fada, &c. Vide locum de Alimento.

MODI.

DIOCLEES cum agnum in obsonia ligurisset, ac calidum piscem devorasset, Caelum sibi dixit esse combustum.

Reliquum est, ait Theocritus Chius, ut mare ebibas: tunc enim tria maxima absumferis, terram, mare, caelum.

PITYLLUM ajunt, cognomento Tenthem, vaginam linguę membranam gessisse, & munisse linguam ad perfrendas voluptates.

Fertur etiam digitalibus adhibitis esse obsonia, ut illa calidissima linguę admoveat.

Suidas in voce πειλοχρωϊς. PHILOXENUM Leucadium scribit Chrypsippus in balneis calidis manum demittere solitum, & ore calidam gargazizare, nec calidis cibis lederetur.

TEMPORIS, LOCI.

CONSULE Tit. In alimentorum, acquisitione intemperantes: quatenus loci importunitatem junctam habet.

ANTIPODES vocat Caelius l. 9. c. 13. Antig. Lesb. scita illusione eos, qui saginę emancipati, ad faces, & ceres vivunt, dum inter pocula transigunt noctes, somno impendunt dies, lucis ac tenebrarum ordine perverlo.

De his putat Virgilium dixisse: Nosque ubi primus equis Oriens efflavit anhelis, Illic sera rubens accendit lumina Vesper.

SYBARITA quidam puerorum moderator, cum puer, quem manu ducebat, per viam in ficum incidisset, & sustulisset, vehementissimę cum objurgavit: atque ipse rapto quod inventum erat, devoravit.

ELIAN. l. 14. CLAUDIUS Caesar cibi, vinique quocunque & tempore & loco appetentissimus. Cognoscens quondam in Augusti foro, iduque nidore prandii, quod in maxima Martis aede Saliis apparatus: deserto tribunali, ascendit ad sacerdotes, unaque discubuit.

Nec temere unquam tricinio abcessit, nisi distentus, ac madens, & ut statim supino, ac per somnum hianti pinna in os indereat, ad exonerandum stomachum.

Sueton. A. Vitellus Imp. non profundę modo, sed intempestivę quoque ac fordide gulę, ne in sacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit: quin inter altaria ibidem statim vicius, & larra pene rapta se foco manderet, circaque viarum popinas fumantia obsonia, vel pridiana, atque femina.

Sueton. EVENTUS VORACITATIS. Fructus DIGNUS.

ISRAELITICUS populus in deserto per annos XL. manna alitur, & aqua potatur. Carnium aviditas, atque esus illis exitio fuit.

Unde in Psalmo dicitur: Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos: occidit pingues eorum, & electos Israel impedivit.

Ubi autem sepulti sunt, Sepulchra concupiscentię appellata: ut posterio locus ipse admoveat, non concupiscere illud, ob quod alii morte multati sunt.

Marullus l. 4. c. 2. CUM nulloquam Proserpina inveniret Cerere, dicta est deum ab Arethusa nymphea Plutone rapta fuisse, & ad inferos deportata.

Tum vero Jupiter roganti Cereri pro filia, & temeritate fratris accusanti, promisit se facturum, ut filia sibi restitueretur, si ea conditione ad eam reducendam accederet, ut nihil eorum gustaret, quę forent apud inferos.

Verum cum illa trita grana mali punice, vel novem, alii maluerunt, edidit, indice Ascalapho, filiam educere non potuit.

Ad mitigandum Cereris dolorem statuit Jupiter, ut altemis sex mensibus apud maritum, totidemque cum matre degeret Proserpina, Scriptum reliquit Theophrastus, & Apollod. Cyrenicus in l. 1. de Diis.

Jovem ad placandam Proserpinam ipsi Siciliam donasse. Notatis Comes Mytilid. l. 3. c. 24. Lampridius in vita Hellogabali scribit, Sybaritas eodem anno perisse, quo missum eo oleo & garo repensente, quem ob id Sybariticum vocabant.

HEGURIO Fagiolanus Pisas, & Lucam uno prandio devo-

ravie. Constant enim est opinio, potuisse die illo, quo de illarum civitatum dominio pulsus erat, vulgi tumultus comprimi, si de convivio foret exisset.

INDIGNUS. Huc exempla eorum, qui voracitatis nomine præmia merevere, sub Tit. Cerialia voracitatis.

Barbaris gentibus hi tantum viri dicebantur, quibus vorandi plurima facultas esset. Aristophan. in Achabansib.

CIBI MUNDI, ET IMMUNDI.

Cibi nulli natura sua immundi sunt, sicutque ea hæresis Manichæorum, & aliorum, putat Mafcionis sequacium.

Fuit tamen immunditia quædam legalis in veteri Testamento, juxta quam cibi dicebantur immundi, qui comedi nullo modo poterant. Egitur de hoc argumento tit. de Animalibus, ubi distinctimunda ab immundis.

Ezechiel propheta c. 4. vers. 14. ait: A. 3. a. Domine Deus ecce anima mea polluta non est, & morticinum, & læceratum à bestia non comedi: & non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

Post legem namque adeo religiose servata est ista, sive ritus abstinentiæ ab immundis, ut Eleazarus & nobilissimi filii unum eum matre maluerint mori, quam eam transgredi. Immo primus eorum dixerit: Quid quaeris, & quid vis dicere à nobis: parati sumus mori magis, quam patrias Dei leges pravari-cari.

2. Machab. 7. S. PETRUS viso magno isto vase, quod linteï instar è cælo dimittebatur, in quo immundis generis erant quadrupedes, & volucres, factaque ad eum voce, ut surgeret, & comederet, agebat. Absit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum, neque enim Petrus existimat, tum legem, ritumque veteres esse obligationis expertes, ac omnino abrogandas, uti postmodum competit: præsertim cum à Deo juberetur occidere, & manducare.

Act. 10. CONSULE Tit. de Animalibus. CIBORUM DELECTUS. ECCLESIASTICUS.

Quamvis Lex vetus quoad immunditatem legale abrogata, & mortifera fuerit, ex quo nova lex sufficienter promulgata est, potuit nihilominus, & potest Ecclesia certis de causis, quibusdam diebus injungere aliquorum ciborum abstinentiam, v. g. à carne, lactiniciis, aut similibus, tempore jejunii.

unde quæ citra voluntatem, & præceptum Ecclesię facit, peccat ratione scandalii, & operis malitia. Potest etiam Ecclesia certo Ordini, aut instituto Religioso annexere abstinentiam à certis cibis, quomodo monachi S. Benedicti, & Carthusiani abstinent à carne tota vita: idque non coacte, sed sua sponte & ex voto quod nullo cogente emittunt, cum eis sit liberum non amplecti religionem.

Quorum omnium finis alius non est, quam mortificatione propria & penitentia, carnis etiam moderatio, corporisque castigatio, ad quos fines plurimum conducere abstinentiam à carnibus, ovis & similibus, quæ ut nutrimentum maximum ita & fomentum libidinis subministrant, & formacem membris nostris hærentem accendunt: nemo non videt.

Non igitur ut hæretici nostri contendunt, Ecclesia suo decreto cibos arguit immundities, ut veteres illi Tatianistæ, Manichæi, & similes coluiss: cum extra tempora præscripta, & ordinis institutum iis promissive vœcantur omnes. Immo eo ipso quoque tempore vetito, infirmis nauseabundis atque aliis, quod comedant, non habentibus, in cibum permittantur, uti est notorium, quod nequiquam fieret, si per se mala foret, aut immunda. Igitur ad cohibendam carnis concupiscentiam, quæ circa delectationes gula, luxuriamque versatur, ea abstinentia inducitur, carniem enim eum feminarium libidinis omnes Patres testantur: non verò metu naturalis immunditię, aut quia à malo principio sunt factę, ut Manichæi delirantur.

EXEMPLA SCRIPTURÆ. Optima legum, & traditionum interpret est consuetudo piorum. Formam autem jejunii Ecclesiastici describit Daniel c. 10. In diebus illis, inquit, ego Danieli lugendam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum. Ecce hic abstinentiam à pane desiderabili, & à carnibus & vino, per tres hebdomadas.

Commendatur à Domino abstinentia Rechabitarum, qui noluerunt bibere vinum, sicut præcepit eis pater ipsorum. Jerem. c. 35.

Dietam

Dietam imposuit Deus Ezechiel dicens: Sumetibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & millium, & vitiam, &c. Ezech. 4.

ELEAZARUS vir ætate proventus, maluit occidi, quam carnes porcinas contra regem manducare. 2. Machab. c. 7.

JOANNES BAPTISTA, cuius vita perpetuum jejunium fuerat, non à laetitia solum, sed in specie ab omni cibo, & potu abstinere, præter quam à locustis & melle Sylvestri. Matth. c. 3.

S. PETERUS Apostolus penè semper juvenans, nihil aliud fumebat in cibum, nisi lupinos affe minuto venientes, ut scribit Greg. Nazianz. orat. de pauperum amore.

S. MATTHÆUS Apostolus oleribus, baccis, & feminibus, non autem carnibus vescabatur, teste Clem. Alex. l. 1. Pedagog. c. 1.

S. JACOBUS Apostolus à carnibus, & vino abstinerebat, ut Euseb. referet lib. 2. hist. cap. 22.

S. TIMOTHEUM vino abstinentie ordinari, perspicuum est ex verbis Apostoli Pauli ad Timoth. c. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed utere modico vino propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates.

EXEMPLA HISTORICA.

PRIMI illi Christiani, qui apud Alexandriam à S. Marco erudebantur, ad vesperam tantum cibum fumere, & à carnibus, & vino abstinere solebant, ut ex Philone referunt Euseb. lib. 2. Hist. c. 17. & alii.

S. STEPHANUS testatur: multos fuisse, qui sponte abstinerebant à carnibus per totum annum: sed in hebdomada, quæ Pascha præcedit totam Ecclesiam peccaverat solitam in esu siccorum, in similibus advers. hæreses.

CYRILLUS Hierosol. Catech. 4. dicit Christianos jejunantes abstinere à carnibus.

S. AUGUSTINUS 30. cont. Faust. c. 5. & alii Patres passim docent, in Quadragesima cessare usum carniem.

S. HIERONIMUS advers. Jovinian. ex instituto probat bonam escabstinentiam à carnibus, & vino.

Epiph. 2. ad Euseb. de custodia Virginit. apud multos Anchoretas continua per totum annum fuisse jejunia, & à vino, & carnibus abstinentiam.

Legat, qui volebat vis. Eremitarum, Antonii, Hilarionis & similibus. CONSULE Tit. de abstinentia, Temperantia, &c.

DELECTUS CIBORUM NEGLECTUS. PUNITUS A DEO.

SCRIBIT Martinus Cromerus, Naclum Pometanorum arcem minutissimam Uladislavi Polonorum Regem obsefisse. Ibi noctu, lucente luna, aspiciantur crebro ad excubitoribus, quasi amatorum hostium acies ex apertis campis ad Polonorum stativa aequitantes, & incurstantes.

Cum id sæpius accideret, indignati Poloni inquietari sese, nec usquam in apertum certamen prodire hostes, nocte quadam, cum ibidem hostes adesse nuntiarentur, fremebundè agminatim à castris sese propurperare, dissiungentesque castro labore prosequuti sunt.

Obsefisi tumultu Polonorum exaudito, & excursionem è castris animadversa, erumpunt subito, & ignem in opera, atque turgia militum stramine, arundineque contestata iniiciunt. Quo celeriter pluribus in locis se diffundente, paucis, qui in castris manserant, se defendentes, facit opera cum magna castrorum parte confragurant.

Nocturnas illas umbras fuisse autumant, quæ hostilis exercitus speciem ostentantes, Polonos ita divino permisso exagitarunt, propterea quod solenne D omnibus Christianis quadragesima dierum jejunium, priore expeditione, promissico, ac temerario carnis, & lactuariorum esu, moribus, & institutis Ecclesię Catholicę contemptis, temeraverant.

Quo incommo do accepto, re infecta, ab oppugnatione Nacli iussu Regis domos discedunt omnes. Martinus Cromerus lib. 5. hist. Poloniae.

Non distimilem poenam violati jejunii Quadragesimalis rececit Timannus Bredembachius his verbis: Anno 1575. in septimana sancta; Milites Comitiss Ludovici à Nassau contemptra religioe veteri, carnibus passim vescabantur, & immodica læticia efferebantur.

Parochus vero id temporis agens in loco non valde à castris militum remoto, suos confortabat, ut sacrum Quadragesime tempus pergerent religiose peragere: illos quidem divinis humanique sanctionibus contempsis, nunc strenuè comessari carnibus, vitiatæ, & letari, sed lugubre, & funestum Pascha habituros, se verò ac suos fausto, ac felici Paschate gavissuros. Quod & factum: nam Catholicis post exactos sanctę Quadragesimę labores Pascha-

L. B. Theat. vir. Human. Tom. II.

lem solemnitatem festivis gaudiis celebrantibus, ecce subito seria 4. Pasche, univerfus ille Ludovici exercitus cum ipso Comite Ludovico, omnibusque antesignanis cæsus, & interfectus est: paucissimis fuga salvatis. Adhuc esca erant in eorum, inquit Psalmista, & ira Dei ascendit super eos, & gladius Catholicorum devoravit carnes, & carnosus. Hanc fragem Gerhard. de Vard. in append. bist. Belgicarum Joannus Mezer his verbis succinctè annotavit, Decimoquarto, inquit, Aprilis die, auxiliares copię, quę Auraci vires nitabantur firmare, in Ericeto Mokenfi, vulgò auffder Mocker Heyden, ab Hispanis fuscę sunt, & dissipatę, præcipui exercitus duces Ludovicus, & Henricus Nassovii Comes, & Christophorus Palatinus, Nec inter vivos, nec inter mortuos reperi. Bredemb. l. 7. Collat. sacrar. c. 55. Ann. Dom. 1575.

Rusticus noster die veneris negotii causa hæreticum villæ ministrum adit. Erat mensa opparè sanè apparata carnibus. Jubeat ille asfidere hospitem, ut irridendum propinet compatoribus: quippe Catholicum invitat ad carnes: cum ille constanter abnueret, & se eo die arceri ab iis religioe diceret: arripiunt, risus materiam urgent, sollicitat, risu, & cachinnis, atque temulentis clamoribus admovent ori, intrudunt propè in oculos: tum egregius minister magnum bolum delicatissimę carnis arripit, rusticum nomine appellat: & in ejus ludibrium cunctis intentis ad spectaculum manum attollit, ac deglutiturus pandit impudicissimas fauces.

Non adhuc esca erat in ore ipsius, & ira Dei descendit super eum. Hæsit, atque hianti ore, nullo conatu, nulla vi conjungitur eum. Hæsit, atque potuerunt, quas Deus distinxerat. Perducitur Uracislaviam, frustra adhibet chirurgos, aliofve medicos, & demque magni sunt ad rem novam conatus, ille, qui contra religionem Catholicam os aperuerat, & ore aperitissimo verbum exprime-re nullum poterat, eo miraculo prædicabat apertissimę fidei veritatem, in ejusque testimonium os habebat apertum in vitula inter Catholicos immorans die sabbati, ut primum carnis bolum in os ingestit, extincta repente in terram concidit. Ex lit. An. Societ. anni 1592. sub. Prov. Austr. pag. 124.

HÆRESIS CIRCA DELECTUM CIBORUM.

Fuerunt, Simoniani, Saturnini (qui tempore Apostolorum vixerunt) Ebionitæ, Manichæi, Marcionitæ, Encratici, qui carnibus abstinent, quod eas à malo Deo creatas dicere, & natura sua immundas, earumque esu hominem maculari. De Marcione dicit Epiphanius, quod pronuntiat reos judicii eos, qui carnem ederent, quasi animas devorarent.

HERF. 42. Carpales nostri Hæretici, Lutheri, & Calvini veratō imbuti, accusant Catholicos, quod certis diebus abstinent carne, ovis &c. eos antiquarum hærelum infimulant, & institutionem hujusmodi reprehendunt. Verum quàm frivole infulsè, require apud Card. Bellarmin. l. 2. 3. tom. 4. Controvers. APOPTHEGMA.

SCRIBIS, & Phariseis querentibus, quare tui discipuli transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lavant manus, cum panem manducant? Christus convocatis ad se turbis, Audite, dixit, & intelligite. Non quod in os intrat, coinquinat hominem, & paulo post; Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? significans, nullum cibum esse ex se immundum, aut coinquinare eum comedentem, cum nihil cibi cor hominis (à cuius pollutione homo coram Deo pollutus reputatur) ingrediatur, & quidquid in eo immundi per secessum eiiciatur. Matth. c. 15.

Prior Monachus ambulando, vel aliud semper agendo, cibum fumere solitus. Rogatus autem cur eo modo comederet. Nolo, inquit, velut necessitate uti cibo: sed tanquam extraneum aliquid agere. Cur ita percontanti. Ne, respondit dum comedo, anima voluptatem sentiat corporalem. Socrar. lib. 8. Trip. bist. c. 1. Laar. Beyerl. in apoph. Christian.

Narrantum etiam, quod huic subieciunt. Aseribunt Bernardino Palomo, homini supra modum faceto, inter cætera illud: Cibi sumptio, ad loquendum, & bibendum commodius instituta est: at si apud magnates id fiat prius dedecus, posterius infamæ æstimatur. Florissa.

ISIDORUS Xenodocheus. Vide Tit. de Abstinentia. Cum Laurentio Medicis fatali lecto decumbenti cibi asferrentur, & eos porrigens rogaret, Quam sapiunt cibi illi? respondit. Ut solent morienti: quasi dicat, nihil in humanis linqui solatii, aut dulcedinis illi, qui se videt moriturum. Ang. Politianus in epist.

* CIBUS NON ADHIBITUS.

ABSQUE CIBO VIVUNT. Pleraque Animalia. Quamvis nullum animal sit, quod absque alimento vivere diu possit, tamen nonnulla apud Scriptores reperit est, quae vix aliud vicealimenti hauriunt, quam aerem, ventumve. Estque inter illa Cameleo, de quo Tertullianus quod semper jejunos, & indefectus oscitans vescitur follicans tuminat de vento cibos. Verum de illo diximus suo loco, in hac littera C.

In vita Artaxerxis scribit Plat. aviculum apud Persas nomine Rythacem, qui vento, & rore alitur.

In Africa monstrum est, quod Hait vulgo appellant, quod nemo edere vidit. Unde absque cibo subsistere putatur. Unde & Barbari suis mapalibus detinere, ut periculum facerent.

Rodolphius narrat, hominem fuisse, qui annis XI. Romae nutritus sola aeris inspiratione. Lib. 1. de Piscib. c. 13.

Plinius tradit Indorum quandam Gentem ad extremos fines, halitu, & odore ex pomis vitam porogare, sustentari Lib. 7. c. 2.

Fama est, Democritum Abderitanum Philosophum mellis, & calidi panis repetito odore, quadriuo famem sustentasse. Consule Tit. de Fame.

* CIBORUM BENEDICTIONIS.

Multa in particulari de hoc argumento diximus sub Tit. de Benedictione. Ubi accuratè ex lucubrationibus potissimum Jacobi Gretzeri, addaximus eum ritum per antiquum, & omnino congruum: Formulam item varias, & exempla cum veterum tuum rectorum. Quibus hic nonnulla addemus. Benedictionis ciborum antiquitas, & usus.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

In lege veteri hoc etiam usu receptum fuisse, ut cibi benedicerentur, antequam fumerentur, colligi potest ex responso dato Sauli de Samuele interroganti, 2. Reg. c. 9. Cum veneritis in civitatem, invenietis eum priusquam vadat in excelsum, ubi comedit: neque enim populus comedit donec illa veniat: nam ipse benedicit hostiae, postea comeditur invitati.

Judaei igitur orationes certas praemittere solitos, certisque benedictionem formulis usos, colligi potest ex c. 6. Deuter. & loco allegato ex l. Reg. Christus Dominus quoties cibum C. sumpsisse legitur, toties etiam illum benedixisse reperitur. Pascebat hominum 5000. quinque panibus, & duobus piscibus, eosque sublati in caelum oculis benedixit. Matth. 14. quod narrans Joannes, Accipit ait Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit, c. 6.

Discipulis in Emau cibus dum se comitem praebet, & ad ipsos divertit, factum est, inquit Lucas, dum recumberet, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis Cap. 24.

Apostolus Paulus ad Timoth. scribens ait: Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiicendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 1. Epist. cap. 4. Quare Eucharist. instituit.

EXEMPLA HISTORICA.

Apud Christianos mos invaluit, mensam jam instructam ait Polyd. Virg. facris quibusdam sanctificare verbis, priusquam vesci incipiant. Immo tantum ille mos apud primos Christianos invaluit, & a primis nascentis Ecclesiae Praefulibus servatus fuit, ut Tertull. tanquam de re usitata loquens, D. dicat, Oratio auspicatur, & claudit cibum. Quo facit Divin. 44. c. nullus. Quando conveniunt Presbyteri ad convivium, aliqui illorum versum ante mensam incipiant, & cibum benedicat.

Immo Chrysost. hom. 79. ad pop. Antioch. Mensa ab oratione mensam initium, & in orationem desinens, nunquam deficit, sed fonte largius omnia adfert bona. Et hom. 56. in Martb. meminit formulæ ab Eremico usurpari solita.

Præstantius verò hanc praescribit Te sine dulce nihil, Domine, Nec juvat ore quid appetere, Pocula ni prius, atque cibos, Christe, rursus favor imbuavit, Omnia insignificante fide.

Et sub finem: Da locuples Deus hoc famulis Rite precantibus, ut tenui Membra cibo recreata lavent.

Nec piger immodicus dapibus, Viscera tanta gravet somachus, Sospitet ut secur incolamus.

BENEDICTIONIS EPITHETA, Et Causa.

Vocatur ab Apostolo Benedictio mensa gratiarum actio: qui veteres exemplo Christi eam à gratiarum actione auspiciabant. Item verbum Dei: sic namque per invocationem Christi, aut SS. Trinitatis: immo ordinariè apud Ecclesiasticos fiat adhibita aliqua sententia è S. Scriptura. Tertio dicitur oratio. Est enim proprie invocatio. Epist. 1. ad Timothe. 4.

Causa verò sunt. Tum quod istiusmodi preceatione omnia proficimur nos à Deo habere, & accipere, ac pro his gratias referimus: tum quod protestemur nos velle cibo vesci à Dei honore, eumque velut Deo offeramus: tum quod oremus, ut sumptio illa nobis veniat salutari tant animæ, quam corpori: neve magica aliqua incantatione inficiatur. Unde ex usu Ecclesiae signum Crucis addimus, quo veluti cibos exprimus. De quo paulo post.

Testis est Plutarchus in Symposiaco, Gentiles cibum Diis, consecrassè antequam fumerent: idque velut illis vis amparat, ad est, primitias; ac deinde non indecore, ac tumultuarie, sed religiosè ad convivium tanquam ad sacrum epulum accessisse.

De Naucratarum populis memorat ex Athenæo Laur. Beyer. in Promptuarii sui morali parte hysmalis, ser. 2. Pascebat textu 7, quod post accubitum furgant, ac in genua procedant, præcone præcunte patrias preces, simul eas profundant, quibus persolutis mensa denovo accumbant.

Idem narrat ex Sozomeno, quod cum Daphnim Antiochia oppidum venisset, sacerdos Apollinis cibum imperatorum prius oratione lustraverit. Sozom. 1. 2. hist. c. 14.

Eò etiam spectat Proverbum, Ne à Chyrtrope cibum non dum sacrificandum rapias: quod in eos dicitur, qui pecudum instar advolant ad capiendum cibum, qui mos est apud plerisque Italos.

INFIDELES. TURCAS.

Bartholomæus Georgovic meminit, apud Turcas quoque formulam usurpari benedicens cibum, camque praemittere. Uti etiam testantur legati Christianorum ad eos missi.

INDOS.

Calectanos solenni carmine sumendas dapes Dæmonibus offerre refert idem. Beyerlinck supra.

MANICHEORUM FORMULA HORRENDÀ.

Quæro in Titulo de Benedictione. S. Benedictio mensa sive ciborum.

Itaque si apud Ethnicos, Turcas, Indos, Barbaros, religiosa habetur mensa, quanto magis oportet esse sacram Christianis? apud quos, ut eleganter, quemadmodum nonnulla alia, Erasmus, habet imaginem sacri illius convivii, quod Dominus Jesus postremum egit cum discipulis suis.

* CIBORIUM.

Dicit Athenæus Ciborium poculi esse speciem. Et Hesy chius nomen esse Ægyptium inæ ræbæ? & scyphum sive poculum significare. Apud Christianos sumpta similitudine Ciborium vocamus vas illud, sive pixidem, qua continetur S. Eucharistia. Ita ut Latini, & Galli voce familiari Cibore illud nomen usurpent. Alioquin vox est Græca: & in historia revelationis capitis Joannis Baptistæ sumitur pro theca, sive loculo mentis capitis sacri.

Interim vox perantiqua est: ut cuius meminit Zonaras Tom. 3. Annal. ubi de Justiniano. Mensa enim sacra iudæorum nominat.

Et Germanus Constantinopolitanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum comparat cum arca, in qua erat Sancta Sanctorum: dici enim ait, arcam Hebraicè Cib. extat vocis eisdem usus apud Joann. Diaconum in vita Sancti Georgii, & alios

* Cica-

Cicadæ. Ciconia. Cicuratores.

* Cicadæ.

U B I.

Consule Tit. de Loco, S. Loca particularia.

Cicadæ garrulitatis inanissimum symbolum extulisse notavit Pierius in Hieroglyph. Unde Demetrius Philosophus à Domitiano pulsus Italia, cum Apollonio querebatur, cicadis licet impune obstreperet, nobis ne mutire quidem fas est.

Notant autem feminam, quæ alioquin ex natura loquacior, in hac specie taciturnam esse, quod referunt aliqui ad frigiditatem.

Habet hoc Cicada, quòd regionem, in qua nascitur, incolat, necalio permeet. Immo apud Athenienses generis, & nobilitatis symbolum fuit, & apud eos institutum, Cicadas ex auro in capite gestare, quo signo indigenæ ab advenis fecerentur.

* Ciconia.

Quasi Ciconia, à sono, quem rostris edit.

Mita sunt, quæ de hoc animali traduntur. Nascuntur plerumque in calidis regionibus circa loca paludosa, ubi ranæ, hyemilæ, aut alia animalcula in cibum reperitur. Unde sub hyemem à nobis avolant cateratim, & incunte verè redeunt ad locum, unde exierant, ut à multis observatur. Adium fastigia, & acroteria plerumque inhabitant, & solent in signum gratitudinis, ac pro pure hospitii, pullum annuè pendere, quem enido proiciunt: quasi hoc hospitii mercedem soluturæ.

Erga genitores feni confectos miram exercent pietatem eos fovendo, & implumes tegendo, atque alimentum ministrando, ita ut gratiam illis rependant, quam ab iisdem tota vita acceptur. Unde & gratitudinis, & pietatis erga parentes sunt symbolum, quod Antuerpiæ ante certam domum, cui ciconia pro insigni est, legitur his verbis annotatum, quibus ita loquens ciconia inducitur:

Præscia sum veris venturi, hysmisque future: Exemplum à vobis juvenes, pietatis amata Longævos erga, charisque insignis parentes.

Inter omnia animalia præter crocodilum lingua carent, solentque quotannis dum ad aliam Regionem migrant, certo loco congregari, & simul cateratim volare. Quin si aliqua forte manserit, quæ reliquas comitata non fuerit, ubi redierint, eam occidunt, & velut ream agunt.

Ciconias olim mensæ illatas edito prætorio tradit in Ser. Horat. lib. 2. Sat. 2. Idque natura quodam Russo viro prætorio, qui cum in prætura repulsam passus esset, ejusmodi sæzozio profectus fuit.

Ciconiarum Russis ille conditor, Hic & duobus elegantior Plancis, Suffragiorum puncta non tulit septem, Ciconiarum populus ultus est mortem.

Notus est versus ille Persarum: O Jone, à tergo quem nulla ciconia pinxit, Nec manus auriculari imitata est mobilis albas.

Ubi ciconia illusionis nota habetur, eo quod insolentiores homines si quem ludibriis incesse volunt, digitis soleant exprobratis rostris ciconiarum specie referre, & velut pinfendo illudere: vel aures asininas vellet, aut manu exprimere.

De Attila Hunorum Rege memorant historici, quomodo D à ciconia augurium accepit occupande Aquileæ, nam cum triennium eam obsedisset, & attrivisset, jamque de solvenda obsidione cogitaret, ciconia prehensio nido una cum pullis urbe excedere visa fuit, unde summam inopiam in urbe præfugit, ostentioque militibus augurio, eadem paulo post potitus fuit. Munsterus in Cosmog.

Cicuratores.

DOMITORES, ET CURATORES ANIMALIUM.

DOMANT. DOMITORES, CURATORES. Magistri animalium quorumvis.

Ut varia sunt animalia, sic varia quoque cicurandi ratio: sive vi humana, aut divina, sive arte dometur. Hic eos, qui vel arte, vel miraculo bruta mansuescerunt, persequimur, sive utilitatem, sive voluptatem tantum ex illis percipiunt. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Nomen autem accipiunt à Cicar, quòd significat non ferum, à Cicum Varro deducit lib. 6. à veteri Cico: quòd est di- scerno. Græci ἰσχυρὸν dicunt, quod nos vocamus Cicurum.

Elephantorum.

Indi ex captis elephantis eos, quos nec juvenus, nec senectus inuitiles facit, in stabula ducunt, & pedibus invicem vincitis, & collo ad columnam bene compactam, fame domant, deinde herba, vel arundine viridi reficiunt, dehinc obtemperare docent, alii oratione, alii cantu aliquo, vel tympani sonitu delimiti. Rari sunt, qui non facillè mansuescant. Sunt enim à natura mites, & mansueti, & ad rationale animal proximè accedunt. Quidam aurigas suos, qui in certamine occiderint, ex prælio eximunt. Quidam anterioribus pedibus utero suo subiectos servaverunt. Quòd si quem ex curatoribus per iram interfecerint; adeò illum desiderant, ut præ more à cibo abstineant, interdum etiam ad mortem obducent. Strab. l. 16.

Porus (quem Alexander debellavit) habuit elephantum, qui rectore jubente procumbebat in genua, & se submittabat. Curtius.

Cupiebat Basilides Moseus antiquis heroibus par haberi. Igitur cum ab adulantibus Alexandri Macedonis titulo honoraretur, captus inani cupidine tanti bellatoris acta superare, Elephantum dono missum, ita domare statuit, ut se cum satellitibus prætereuntem, genua confestim dilaceret incurvare. Itaque multis mensibus eam consuetudinem diligenter observavit, ut rutilante primam aurora, belluam in conspectum suum adduci, ejusque frontem acutissimo ferro transverberari juberet, futurum ratus, ut tot eruentis ictibus admonita, venerationi principis paulatim assuesceret. Sed in tam demerenti proposito multum, ac diu ridiculè fatigatus, cum frustra vestigium aliquod in bruto pectore quævisset, ne bellita majestatis opinionem obsequio suo comprobaret, indignatione accensus, in frustra eam discerpit. Paulus Oherbonius in ejus vita.

Equorum.

In Pindar. Pythiis observatum, & ab interpretibus enarratum curiosius, Neptunum à mythicis appellatum tradi Petram, quod olim super saxo consopitus urinam profuderit genitale, unde enatus sit equus primus, quem dixere Scyphion. Laetantius verò grammaticus, in Thesalia terram tridente petrosam scribit à Neptuno, ex quo mirum, proflicentem equi duo, Scyphios, & Arion, inde nata Thesalicorum equorum præstantia. Quia verò equitandi artem, id est, sive in iudicio, primus excogitavit Neptunus: inde factum opinatur Pausan. in Arcad. ut dicitur in iudicio, potius quam causa alia: quando & in equorum certaminibus Homerus per Hippium Neptunum jurare Menelaum fingit. Sed & qui hymnos scripsit antiquissimos, Pamphus, Neptunum dicere in iudicio dædapa, id est, equorum datorem. Servius, grammaticus, in contentione cum Minerva de Athenarum nomine, ab Neptuno litore percussio, equum scribit productum. Cael. lib. 21. cap. 24. A. L. Communia epitheta apud omnes gentes habet, quòd fit Pelagus, Aphalæus, & Hippus. Pausan. in Acacis, & Diodorus l. 6.

APOLLONIUS enarrator Sesonchionem Ægypti regem primum invenisse equum ascendere scribit. H. Comès l. 2. c. 8.

FRANOS, & Ehippia Pelethronii, Thessalæ populis primum invenerunt. Idem domandorum equorum usum primi H docuere. Virgil. in l. 3. Georg.

FRANA Pelethronii Lapidæ, gyrosque dedere Impositi, dorso, atque equitem docuere sub armis Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Pinus l. 7. idem affirmat. Hos quoque primos equorum ungulas munire ferreis soles coepisse ferunt. Numidæ (teste Appiano in lib. de rebus Libycis) equo nudo, id est, sine ephippiis, in bello utebantur. Bigas primum Phrygum natio junxit, ut Probos, & Plinius auctores sunt. Quadrigis verò Erichthonius primus est usus: nam cum Vulcanus, auctore Ovidio in 2. Metam. & Servio super 3. Georg. impetrato à Jove Minervæ conjugio, & illa reluctante, semen libidinis proficisset in terram, inde natus est puer dracontes pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quali de terra, & lite procreatus: nam iæx est lis: & xdræ terra. Is ad regendam pedum feciditatem primus equis, & curribus usus est. Polydorus de invent. Rerum.